



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Sacra-||mento Evcharistiae,|| contra Oecolampadium,
opusculum:||**

Clicthove, Josse

Coloniae, 1527

VD16 C 4208

Ob praesentia[m] corporis Chri[sti] in eucharistia fideles no[n] impediri:
q[ui]n sursum corda habeant ad d[omi]n[u]m, q[ui]n etia[...] q[uae]
sursum q[uae]rant, no[n] q[uae] super terram. XXI.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30220

esse dico: quia nec opus est nisi ubi uult, & ubi fidei certofacramento hoc operatur, ad quod assumpta e & glorificata: mysterium. i. saluationis humanae. Et paulo post. Sic ergo constat in diuersis locis uno horae momento esse posse corpus Christi: sed lege creatricis naturae, non creatae. Cum autem naturae creatae natura sit, creatricis naturae legibus in omnibus obedire: si aliquando pacta suare, soluenda illi permittit, qui ea instituit & ordinat, non uideri debet errare, uel deuiare ab ordine suo: maxime in illa natura, quae in unitate personae coniuncta est illi uerbo: per quod facta est omnis natura. Hæc Anselmus.

Idem.

¶ Ob præsentiam corporis Christi in eucharistia, fideles non impediri, quin sursum corda habeant ad dominum, quin etiã quæ sursum sunt quærant, nõ quæ sup terrã. Ca. XIX.

T Ricefima quarta aduersarij obiectio. „ I
 Sicut in celebratiõe missæ sacerdotem „
 audimus dicentẽ nobis: sursum corda. „
 ita & Paulũ audiamus sine intermissi „
 one clamantẽ: Si cõsurrexistis cũ Chri „ Colof. 3
 sto: q̃ sursum sunt quærite, ubi Christus est ad de „
 xteram dei sedens: quæ sursum sunt sapite: nõ quæ „
 super terram. Et ad Philippenses. Nostra autem „ Philip. 3
 conuersatio: in cœlis est. Quare debemus animum „
 nostrum a terrenis istis desiderijs auocare & omni „
 no in cœlum affectu tendere. ut ubi est thesaurus „ Mat. 6
 noster: ibi sit & cor nostrum. Hunc autem thesau- „
 rum nostrum auferre uolunt: qui Christũ hic præ „
 sentẽ in eucharistia collocant. Huic accedit, q̃ per „
 uerba prædicta ad Colossenses, uult apostolus nos „
 non solum relinquere terrestria: sed & ea quæ sunt „

DE SACRAMENTO

22 super terram. Corpus autem Christi si esset in eu-
 22 charistia: terrestre quidem non esset, sed esset super
 22 terram. Non ergo esset illud a nobis tunc quæren-
 22 dum: secundum Pauli doctrinam. Cui si (ut debemus)
 22 inhærere uolumus: in cœlo tantum illud quærere
 22 debemus, ubi est ad dexteram dei confidens, & non
 22 in eucharistia. Hæc Oecolampad. ¶ Responsio. In
 22 tota hac rōcinatione: iudicatur aduersarius homony-
 mia, æquiuationeque horum uocabulorum, sursum,
 & super terram: quæ arbitratur in locis a se citatis desi-
 gnare duntaxat differentias positionum: & situum
 diuersitates. Ut sursum ea dicantur esse: quæ nos sup-
 eminent, & supra uerticem nostræ sunt collocata:
 ut orbis cœlestes: sol, luna, & astra. Super terram
 uero esse censeantur: quæ subsident, & in hac terrestri
 regione sunt constituta. Et in cœlis esse, duntaxat
 putat ea dici: quæ in cœlestibus thronis sublimique cœ-
 loꝝ habitaculo sita sunt atque consistunt. Quæ sane
 acceptiones, etsi in philosophia naturali (ubi nati-
 uæ rerum sensibilium exquiruntur proprietates & ui-
 res) aptum haberent locum: in sacra tamen scriptura
 non semper sunt expetendæ: sed attollendus ultra
 hæc corporalia est animus: & intendenda mentis
 acies in spirituales & immateriales rerum qualitates.
 Itaque secundum sacrarum literarum frequentem usum,
 & ea dicuntur esse sursum: quæ spiritualia sunt &
 cœlestia bona. quæ etiam hominibus hic degentibus
 insunt: secundum illud domini uerbum: regnum dei
 intra uos est. Et sursum habemus corda: quoniam illa ad
 deum sincero affectu erigimus. tamen si iustorum
 hominum sit inhabitator: & secundum diuini Pau-
 li uerbum, ipse sit per omnia & in omnibus nobis.
 Super terram uero esse dicuntur terrena & transi-
 toria bona: honores, opes, uoluptatum illecebræ: &

Quæ in sa-
 cris lit. sur-
 sum dicti-
 tur eē: &
 quæ sup ter-
 ram

Luc. 17

Ephe. 4

affectus etiam interiores animi: propensiores æquo ad hmoi caduca & occidua bona. Tunc igitur q̄ri mus quæ sunt super terram: q̄n neglecta honorū spiritualium cura, utpote uirtutum, gratiar, donoz dei ac præmioꝝ cœlestium: ferimur in terrena desideria, cupiditateq; mundi huius: quod apostolus ad Colof. scribens: in uerbis obiectioni præfenti insertis omnino uerat. Deniq; nostra conuersatio, in cœlis esse dicitur: q̄n animus noster liber curis & solitudine huius seculi, totus fertur in bonorum spiritualium desideria, in pioꝝ opes, studium, uirtutum exercitationem, & æternæ retributionis affectum. ¶ Hac autem notione dictar, uocum recepta atq; admissa: flaccidum redditur & pœnitus enerue, quicquid i hac obiectione molitur Oecolamp. Nempe adorantes sacrum Christi corpus in eucharistia: eo ipso non impediuntur, quin sursum corda habeant ad dominum: nam feruido deuotionis spiritu atq; fide feruntur in Christum: qui & illic præsens adest, quiq; in cœlis regnat gloriosus. Siquidem non ita in eucharistia cōfitemur eum præsentem: ut negemus ipsum etiam simul in cœlo in eodem glorioso corpore sublimiter consistere. In huiusmodi præterea adoratiōe: sicut thesaurus noster Christus in cœlis est (q̄uis etiam una nobiscum: uere assit corpore præsens) ita & cor nostrum illic esse debet: pioꝝ affectu diuersari: reiectis huius mundi desiderijs & noxijs cupiditatibus. Neq; hunc eripiūt hominibus thesaurum: qui in eucharistia confitentur adesse Christum: quoniam etiam una fatentur eum in cœlis regnare: atq; assistere dexteræ paternæ maiestatis. Deniq; sicut sacratissimum Christi corpus in eucharistia præsens, non est terrestre, sed sublimi glorificatione su

Colof. 3

Philip. 3

Ex 3. etiā
ca. hui9 li.

Corpus
Chri in eu
charif. nec
terrestre es
se, nec de
sorte eorū
q̄ sunt sup
terram.

DE SACRAMENTO

per omnes cœlos exaltatum: ita neq; de numero est eor; quæ sunt super terram. i. bonor; terrenor; quæ euanida sunt & decidua, tamen re ipsa nobis cum in terra consistat. Quocirca per illius in sacro Eucharistiæ mysterio præsentis adorationem nõ impedimur: quin nostra conuersatio sit in cœlis.

Quinimo excitamur ardentius, illius præsentia: ut abiectis re; temporalium desiderijs ad cœlestia suspiremus, & ita perfectius & expeditius in cœlis conuersemur. Solent enim quæ præsentia sunt, uehementius animos nostros mouere: q̄ absentia & procul distantia. ¶ Tricesima quinta & ultima ob-

- » 4
 Heb. 8 » Si fuerit Christus super terram & præsens
 » in eucharistia: iam non erit sacerdos. Nã ut ad He-
 » bras scribit apo. in cœlis, sanctorum est admini-
 » strator ac ueri tabernaculi, quod fixit deus & non
 » homo: quo ingressus, una pro peccatis oblata ho-
 » stia: nihil a terris ut patrem placet, denuo offert. Il-
 » luc animis & cogitationibus recurrendum: illuc
 » nobis dona conferet longe felicius: q̄ si eum super
 » terram quæreremus, etiam si uisibilis foret. In cu-
 » ius rei argumentum: illud afferri haud ab re potest
 » q̄ apostoli q̄diu super terram erat Christus: non
 » Ioan. 16 » erant capaces sublimioris doctrinæ: sed post eius
 » » abitionem, spiritum sanctum receperunt. Quanto
 » » magis nos quãdiu a carne pendemus, & non illuc
 » » cum gratiar; actione tendimus ubi in dextera pa-
 » » tris sedet: incapaces erimus donorum dei. Hæc
 » S Oecolamp. ¶ Responsio. Inualida prorsus & ine-
 » » pta est ea consecutio, quæ in huius obiectionis ini-
 » » tio textitur: subinserens ex præsentia Christi in eu-
 » » charistia, destrui & sustolli eius sacerdotiũ. Nem-
 » » pe cum hic Christus in mortali adhuc diuersaba-
 » » tur corpore, & necdum cœlos conscenderat; uerus

erat sacerdos secundum ordinem Melchised. Nam sub forma panis & uini sanctissimum eucharistiae sacramentum instituit: quod deinceps offerretur in sacrificium perpetuum, & apostolos suos omnes tunc etiam sacerdotali insigniuit dignitate: ac paulo post seipsum in ara crucis deo patri pro nobis obtulit in sacrificium placationis: ut tunc simul fuerit sacerdos & hostia deo gratissima. Quot magis nunc stola immortalitatis indutus, & in caelis gloriose residens: etiam sacerdos haberi & dici debet in aeternum, tamen nobiscum itidem praesens sit in sanctissimo eucharistiae sacramento. Non enim uera Christi secundum corporalem substantiam praesentia, in hoc sacro mysterio: derogat aut prauidicat gloriosae eius in caelo sessioni ad dexteram patris. Cuius oppositum uidetur hic subinsinuare Oecolampadius: putans (ut sonant eius uerba) quod si uere praesentem in Eucharistia ponimus hic Christum: protinus negare debeamus ipsum in caelis etiam considerare ad dexteram patris: quasi non posset simul & hic esse praesens secundum corporis substantiam: & in caelo ad dexteram patris considerare. ¶ Falsum est illud, quod subnectit in hoc loco: ut puta quod Christus tabernaculum uerum (scilicet caelum: Mosai co tabernaculo ut figurali & typico designatum) ingressus: una pro peccatis oblata in cruce hostia, nihil a terris ut patrem placet, denuo offert. Quippe ipse ut uerus & summus sacerdos, ministerio suo in terris sacerdotum & ecclesiae: suum sacratissimum corpus & sanguinem in quotidiana cuiusque missae celebratione, offert deo patri: quo placabile eum reddat & peccatis nostris propitium. Proinde sancta eucharistia in diuino missae mysterio oblata: dicitur hostia reconciliationis & placationis.

V 4

Psal. 109.

Per pntiam
corpis christi
in eucharistia
non sustollitur
eius sacerdotium

6

Christum
quotidie a
ligda terris
offerre
ut patrem
placet

DE SACRAMENTO

qm̄ per eam expiamur a peccatis nostris, reconcili-
amurq; deo: qui merito nobis infensus, placatur p̄
hanc acceptissimam sibi oblationē. Verū (ut reor)
id ipsum quod mō confutatum est, proponit Oeco-
lampadius: qm̄ inficiatur salutarem hostiā in mis-
sæ mysterio consecratam, esse sacrificium. Neq; id
mix: cum neget etiam in illa hostia uerum Christi
corpus contineri: quo negato, quid reliquum esset
in eaj̄ hostia, nisi nuda panis & uini substātia: quæ
ueram sacrificij nouæ legis rationem habere non
potest? Sed utrunq; horum: iam satis superq; in su-
perioribus locis est reuulsum. ¶ Ad hæc, admitti-
mus ultro, mentes nostras in cœlum erigi debere:
& desuper expectanda diuinæ largitatis munera.
Cæteræ nonne hæc omnia commode fieri possunt

7
Pntiā chri-
sti i eucha-
ristia: non
impedire,
nostros a-
nimos fer-
ri in cœle-
stia.

una cum adoratione præsentis nobiscum corporis
Christi in eucharistia? Nunquid si nobiscum adest
Christus uere in hoc augustissimo sacramento, &
id ipsum firmiter credimus: id nobis impedimento
est, quo minus animo in cœlum feramur, & supne
dona cœlestia expectemus? Certe post acceptas spi-
ritus sancti a discipulis domini primitias, Christus
in sedibus ætheris cōsedit ad dexteram patris, &
simul cum apostolis erat p̄ns in eucharistiæ sacra-
mento, cum legantur & ipsi missarum solennia ce-
lebrasse. Nihilominus & animi eorū toti ferebātur
in cœlestia, & amplissima eis conferebantur a deo
gratiarū munera. Cur igitur & nunc idem præsta-
ri non poterit: si modo cordium nostrorum nō ob-
sit segnities? ¶ Quid autem apostoli, sublimioris do-
ctrinæ nō erant capaces, q̄diu cum ipsis erat Chri-
stus: id in causa fuisse assignāt autores sacri, quoni-
am maiorem in modum afficiebantur in præsentia
eius corporalem: qua uisibilis inter eos uersa-

batur, & in medio illorum consistebat in propria & visibili forma. quo propensiore affectu: tardiores reddebantur ad sustollendos in caelestia animos.

Cum uero sublatu fuit illis aspectus ille corporis Christi manifestus: tunc redditi sunt aptiores ad diuina capiendā mysteria. Ideo apud Ioannem: dñs ipse dixisse illis legitur. Expedi uobis: ut ego uadam. Si enim nō abiero: paraclitus non ueniet ad uos. Si autē abiero: mittam eum ad uos. At in sacra eucharistia non sic adest nobis praesentia Christi, in propria forma conspicui & spectabilis: sed occulta sub tegmine specierum panis & uini. Idcirco non est illa praesentia eius nobis obstaculo: quo minus in caelestia feramur, & spiritualia a deo dona percipiamus. quinimo ad id ipsum, maius praebet huiusmodi assistentia corporalis dñi, nobis incitamentū & adminiculū cū soleamus (ut modo dictum est) in ea q̄ coram assunt, feruentius affici.

Ioan. 16.

¶ Rationū, quibus contendit Lutherus in eucharistia post consecrationē manere substantiā panis una cum sacro Christi corpore dissolutio.

Cap. XXII

AT uero qm̄ in uicesimo praecedētis libri capite dictū est Lutheri nostra aetate cū ceteris perniciosus suis dogmatibus & hanc resuscitasse erroneam & iam olim damnatam assertionem: q̄ in sancta eucharistia, peracta consecratione sacerdotali, maneat integra & indemutata panis substantia simul cum sancto Christi corpore, sub iisdem ipsius panis speciebus: operae precium nunc fuerit aliquas eius rationes in praesentia afferre & dissoluere, quibus in suo libro, de captiuitate Babylonica, tot scri-

Lutherus
transubstan-
tiationem
negat.